

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Ad librum V.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

Æquinoctium vernum designat; de quo Ovid. 3. Trist.
12. Nennus lib. 38 v. 269. & seqq.

v. 735. AT PROFERAT LYCUS) supra v. 588.

v. 739. HAUT TEMERE EST) Comment. Terent.
p. 382.

v. 745. ACCENSUS) supra v. 254. *Incesa mente fe-
vuntur.*

v. 751. I. ULTUS) *παρρησιᾶς*. Cicero lib. 12. epist. 23.
*Neg, enim qua tu propter magnitudinem animi & ingenii
moderate fers, à te non ulciscenda sunt, etiamsi non sint de-
lenda. Vide παρρησιᾶς Barthium lib. 34. c. 16. Vech-
ner. lib. 1. hellenoic. c. 15.*

v. 751. QUAM LEGÈ QUOD OCCIDIT ULTUS
IPSE SUA) *Neg, enim lex justior ulla est, quam necesse
artifices fraude perire sua: ut canit Ovid. 1. de arte v. 657.
Nec longè diverit ab his Romanus Sapiens lib. XI.
epist. 82. Mala exempla recidunt in auctores, nec ulla mi-
seratio contigit his, qui patiuntur injurias, quas posse fieri
faciendo docuerunt. V. N. in Ibin v. 400. Camerar. hist.
medit. cent. 1. c. 98. & 99. Rittershuf. ad Oppian. 3.
Hal. v. 384. Boch. ad Psalm. 7. Reusner. clas. 1. symb. 29.
& clas. 2. symb. 33.*

v. 758. MÈDIS INEUNT CONVIVIA TECTIS) Æn.
1. v. 647. *Medisq, parant convivia tectis.*

AD

LIBRUM V.

VERS. 2. MORBIS FATISQ; RAPACIBUS
IDMON) De ejus morte discrepant. Se-
neca in Medea v. 653. à serpente icturn
interisse scribit. Scholiastes ad Apollonii
v. 139. lib. 1. p. 121. b. *ἀναπέτρας*, inquit, *ἰδμωνὸν ἐν Μαε-
ωνδωλίᾳ δὲν ἀέρις.*

v.3. LABITUR) *Labi & Cadere, pro mori. Lib.3. v. 217. Et repidi singultibus agri Labentum, atq; acti Minys per litorea manes. Lib. 6. v. 556. — Cassa frendens sublabitur ira. Et v. 563. Labitur intortos per carula tempora crines, Tunc quoq; materna velatus arundine Peucos. Lib. 6. v. 221. Cadit impiger unâ Inguine transfixo Tæges.*

v.3. EXTREMI SIBI TUM NON INSCIUS FVI) Apollon. lib.1. v. 140. *δε δαίς τὴν εὐν μέγν διανοῖον.*

v.6. TUM COMITIPIA JUSTA TULIT) Ammian. Marcellin. lib.22. *Post quos terras patentes Byzares obtinent & Tapires, & Tibareni, & Mossinaci, & Maerones; & Philyres, populi nulla nobis assuetudine cogniti. A quibus brevi spaciò distant virorum monumenta nobilitum, quibus Sthenelus est humatus, & Idamon, & Tiphys: primus Herculis socius Amazoni. o bello lethaliter vulneratus, alter auger Argonautarum, tertius ejusdem navis santissimus rector.*

v.6. JUSTA TULIT) V.N.4. Trist. 10. v. 80. & supra lib.3. v. 365.

v.8. ARMA REVELLIT) Adi Kirchmannum industriosissimum lib.3. de funer. Rom. c.5.

v.10. ALBA FRUNDE CAPUT) Hac de defuncti coronâ accipiendâ: quâ de consulatur Kirchman. lib. 1. c. XI. Paschalius lib.4. Coron. c.5. *albam frondem intelligit de populò.*

v.11. VITTISq;) lib.1. v. 844. *Sen venit in vittis caesag; in veste sacerdos. Erant autem vitæ insigne augurum, vatum, sacerdotum. vide supra lib.3. v. 423. infra v. 361. lib.69. v. 296. & 302.*

v.11. POSITUMq; FERETRO) Kirchman. inibi c. 11. & lib.2. c. 9.

v.12. DIËS SIMUL ET SENS ADMONET OMNES) Dies, est extrema linea rerum. Prudentius, Peristeph. 5. v. 88.

Latior interea iam Thascius ob diem suorum.

Barth. lib. 4. t. c. 20. Aliorum autem morte nostrae nobis mortalitatis memoria impingatur. Bene D. Hieronymus: *Qui se morituros continue cogitabunt, contemnent presentia, & ad futura festinabunt: Prudentius Cathem.*

*Quia lex eadem iubet omnes
Gemitum dare sorte sub una,
Cognataq; funera nobis
Aliena in morte dolere.*

Idem ingerit sibi Ulysses apud Sophoclem, Ajace: :

*ἔπικτεῖρα δὲ νιν
δυσηνοῖ ἔμπης, καὶ πρὸ δῖος δυσμυῖ,
ὄσ' ἐνεκ' ἄτη συγκρατίζονται κακῆ;
εἴδεν τὸ τέταρτον μᾶλλον ἢ τῶμόν σκαπῶν.
ὄρω ἢ ἡμᾶς εἴδεν ὄντας ἄλλο, πλὴν
εἰδῶν, ὅσοι πρὸ ζάμυρ, ἢ κέφην σκιάων.*

v. 14. INTER LACRIMAS) Kirchman. lib. 2. c. XI.

v. 13. INTERq; EXTREMA VIRORUM MUNE-
RA) Kirchman. lib. 4. c. 3. Desider. Herald. i. Adver-
cap. 6.

v. 14. QUĒM CURSUS PENES IMPERIUMq; CA-
RINÆ) Supra lib. 4. v. 678.

v. 15. AGIT) I. Ierho dat. Non. Marcell. c. 4. n. 26.
De morte Tiphys. Vide Senecam Medea v. 517.

v. 17. CUNCTIq; PAVORE ATTŌNITI) Refer huc
illud Statii 8. Theb. v. 312.

*Sic fortes Minyas subito cum fuxere Tiphys
Destituit, non arma sequi, non ferre videtur
Remus aquas, ipsiq; minus jam ducere venti.*

v. 18. HOC, PATER, HOC NŌBIS REFOVE CA-
RIT) Justæ preces hæ Minyarum pro Tiphys. Ad
Gruterum, parte i. Discursus ad Tacit. p. 27.

v. 19. CARDINE SUMMŌ VERTITUR) Prov. Re.
in cardine.

v. 10. MANIBUS NUNC PENDET AB UNIS) Luca-
hus lib. 5.

*Cum tot in hac animâ populorum vita salusq;
Pendeat, & tantus caput hoc sibi fecerit orbis.*

v. 21. DICTA DABANT VENTIS) *Dare ventis*, lo-
qui in ventos; à procellis discerpi ac diripi; formulæ
sunt loquendi, quibus auctores de vanis & inanibus
votis, promissis, verbis, admonitionibus, minis ac
præceptis usi sunt. Ovid. 1. amor. 6. *Verba dat in ven-
tos, aure repulsa tuâ?* 2. amor. 6. *Vota procellosô per mare
raptâ Notô.* 1. Trist. 7. *Cunctane in aquoreos abierunt
irrita ventos?* Statius 2. Achill. v. 286. *irrita ventosa
rapiebant verba procelle.* Theognis v. 1170. *τῶν δὲ κακῶν
πῆμοι θεῶν δὲ φέρουσιν ἔπη.* Apollon lib. 1. v. 1334. *ἀλλ' ἐνέ-
μισσι δάοις ἀμπλακίην.* Confer Rittershus. ad Gunth:
lib. 6. v. 137.

v. 22. GRAVIDUM SORTE) Maser. gravatum se-
bio. lib. 3. v. 93 de dracone. quem sopierat Medea. 2.
Quam gravidâ nunc mole jaces! Mar. Victor lib. 3. v. 77.
Gradivus altô somno.

v. 26. MORS URGET) Horat. 1. Carm. 24. *Ergô
Quintiliim perpetuus Sopor urget?*

v. 30. IMPOSUERE ROGO) Kirchman. lib. 3. c.
2. & 5.

v. 33. ET RAPIDÆ SONNERE FACES) Kirchman.
lib. 2. c. 3.

v. 40. PURES) V. N. ad Horatii Oden XVI. v. 7.

v. 41. ATRA DIES) Aneid. 6. v. 428.

*Quos dulcis vitæ exortes, & ab ubere raptos
Abstulit atra dies & funere mersit acerbo.*

v. 45. SPECULANTEM) Lib. 1. v. 481.

v. 46. PLEIADUMQ; GLOSOS) Infra v. 414. *Den-
sq; sequuntur Plejades.* V. N. ad Hilarii Genesin v. 69.
Adde Scal. in problem Gelliois n. 90. Martin. in Lex.
Philolog. in *Hys.* Putean. in *Promull.* cent. 1. epist. 79.

v. 46. ARCTES) V. N. ad Hilarii Genes. v. 70.

v. 52. SUPERANT) Superare, superesse. Non, Marcell. c. 4. n. 414. Lib. 8. v. 179. *Nec, via quae superet, nec, quae fortuna, videtur.* Ovid. 3. Trist. 4. *Bosphorus & Tanais superant Scythiaq; paludes.* ibid. XI. *Ex illò superant haec clementia viro.* 5. Trist. 3. *Satis poena, quod superabit, erit.* 1. pont. 4. *Non minus exhausto, quod superabit, erit.*

v. 58. OSSAQ; NEC TUMULO) Kirchman. lib. 3. cap. 14.

v. 58. SEPARE) *καταχωροῦσθαι.* Joseph. Iscan. lib. 6.

v. 466. *Nec sepere luctu Myrmidones Pyliiq; dolent.*

v. 63. RE CIA) *ἰθωθησθαι, ὀδύσασθαι.*

v. 71. PRORA FRETUM COMMOVERAT) Supra v. 44. *Te sine, Thespiaë, nos ulla movebimus ultra Æguora?*

v. 76. RORANTES SANGUINE) Infra v. 176. *Atris rorantes imbribus aurās.* lib. 6. v. 159. *Roras procul ultima cuspis.* lib. 7. v. 360. *Restro irrorat aperito.* Virgil. 3. Aeneid. v. 645. *Sparsi rorabant sanguine vepres.*

v. 77. RUBRIQ; ÆQUORIS) Q. Curt. lib. 10. Martian. Capella lib. 6. Solin. polyhist. c. 46. Joseph. antiq. Judaic. lib. 2. c. 7. Potissimum autem Tormeli. in Animal. sacris sub A. M. 2544. n. 17.

v. 79. NECTENTEM CORNUA VITTÂ) *Vittâ pampinea, h. e. pampino.* Paschal. 10. coron. c. 4.

v. 88. FATA IMMOTA MANENT) Plato 5. de LL. *τὴν ἀνάγκην ἐδὲ τὰς θεὰς βιάσασθαι* scribit. Et sapienter Minerva apud Euripidem in Rheso monet: *ἐκ δὲ δούλοιο ἔπιπρωμένα πλέον,*

v. 89. ISTHENELEUS) Supra v. 6.

v. 89. AMAZON) schol. Apollonii lib. 2. p. 195. b.

v.94. ATRAM NOX ABSTULIT UMERAM) Nul-
la sine *Umbra* adminiculò nox existit. Nihil enim ali-
ud nox, quam *umbra* terre: seu, ut Basilii describit,
ὅτι ἐστὶ οὐλίωσμος γῆς ἀποκρυπτικὸν ἢ λίω γινόμενον. Quod
rectè observantes poetae, noctem ejusq; comitem
umbram semper memorant. Statius 2. Theb. v. 527.

Capèrat humenti Phabum subtexere pallà

Nox, & caruleam terris infuderat umbram.

Infra v. 605. Prius humentem lux solverit umbram. lib.

7. v. 537. Seq; sub extremis in mania retulit umbris. Et v.

393. Stuper ipsa gravi nox tardior umbrà. lib 2. v. 350. Et

in seras durant sermonibus umbras. Quod adducens

Gisan. Ind. Lucret. p 431. Umbra, inquit, noctis, pro

noctis. Adi Joban. VVouiver. de umbra c. 7. Infra

lib. 7. v. 605.

v.96. ACTÀ) Glos. ἀκτὴ, ἢ τῆς φωταύγειας, actula, oras

Onomast. Littus, ἀκτὴ. κωματωγή. Virgil. 5. Aeneid.

613,

At procul in solâ secreta Troades altâ

Amissum Anchisen flebant.

Prudent. in Symmach. v. 136.

Secreti in littoris actâ.

v.97. OBNUBENSQ; CAPUT) Libr. 2. v. 254. Obnu-

bit; caput.

v.103. PARTHENIUM) Ovid. 4. pont. 10. Ammian.

Marcell. lib. 22. Apollon. Rhod. lib. 2. v. 938. ibique

Schol. p. 194.

v.106. TEQ; CITÀ CONDUNT CARINÀ) Lib. 4. v.

635. Abscedunt terris & littora condunt. vide lib. 2.

v. 8.

v.107. ALTÀ CARAMBIS) supra lib. 4. v. 598.

Apollon. Rhod. lib. 2. v. 360. ibiq; Scholiastes p. 179. b.

lib. 7. v. 214. Nubiferam transire Carambin.

v.109. SINOPE) Apollon. lib. 2. v. 948. & Schol.

p. 194.

v.108. RADITUR) *Aeneid.* 7. v. 10 *Proxima Circeae
raduntur littora terra.* Et 5. v. 169. *Ille inter navemq; Gyas
scopulosq; sonantes, Radit iter laevum interior.* Lucret.
lib. 5. — *Ripas radentia flumina rodunt.*

v. 114. ANTOLYCUM PHLOGIUMq;) *Apollon.* lib. 2.
v. 957.

v. 120 IRIS) *Supra* lib. 4. v. 599. *Schol.* *Apollonii*
p. 195.

v. 121 THERMODON) *Lib.* 4. v. 600. *Apollon.* lib.
2. v. 972. *ibiq;* *Schol.* p. 196.

v. 123. DONAT NOTAS Cui) *Hinc* scite *Tryphio-*
dorus nominat *ἀπὸ Θερωάδουτ' ὀνηφίλοιο γυναίκας.*
De Amazonibus vide *Dresemium* ad *Joseph.* *Iscan.*
lib. 6. v. 647.

v. 123. SECURÉS) *Mox* v. 137. appellat *Amazonas,*
securigeras catervas. Et v. 612. *Et quantum elata valeat
peltata securi.* *Lib.* 6. v. 378. *Cum regina gravem nodis att-
roq; securim congeminas.* *Plinius* lib. 7. c. 56. *Penthesi-*
léam Amazonem invenisse securim ajunt. *Claudian.* 2.
de raptu v. 66. *Thermodontiacam securim* vocat, *Joseph.*
Iscan lib. 6. v. 566. *Virgineas donec Priamo peltata bi-*
pennes Penthesilea mo vet. Et v. 589. *Horrificas rapiens post
terga se cures virginiei relieta chori.*

v. 135. QUÆ PELTA) Vide *Lips.* in *Analectis* ad
Milit. Rom. lib. 3. t. 1. p. 16. & imprimis quæ *Martinus*
operosissime collegit in *Lexico Philologico.*

v. 141. CHALYBUM) *Supra* lib. 4. v. 610. *Priscian.* in
Petiegesi. *Scholias* *Apollonii* ad lib. 2. p. 180. b. *οἱ δὲ*
Χάλυβες, ἔθνη σκυδικὸν μὲν τὴν Θερωάδουτα, οἱ μεταξὺ
σιήρης ἐνεργητις, μοχθηροὶ καὶ τὴν ἐρχασίαν. ἐκλήθησαν δὲ
χάλυβες ἀπὸ τῆς χάλυβος, τῆς Ἄρεως ὕψ:

v. 144. CUBILIA FERRI) 1. ferri fodinas. Vide
Ovid. 1. *Metam.* v. 138.

v. 147. GENETÆI JOVIS) *Gyrald.* *hist. Deor. Syn-*
tag. 2. p. 93.

v. 147. TIBARENUM) Supra v. 6. Pomp. Mela
lib. 1.

v. 148. UBI DESIDE MITRA) *Mitras* apud veteres mulierculæ gestabant, aut alioqui molliores pueri; unde apud Maronem & Senecam poetam virilitatis jacturâ usurpari pro convicio dicuntur. Eodem capiendum hoc est apud Valerium. Extrema enim illa mollities erat. Barth. 8. c. 4.

v. 155. CAUCASUS) De hoc vide Jornandem De rebus Geticis. infra v. 518. lib. 6. v. 611. lib. 7. v. 55.

v. 156. ILLE ETIAM ALCIDEN, TITANIA) Hygin. fab. 144. & 31 & lib. 2. Astronom. Phornut. p. 159. Natal. Com. lib. 4. c. 6.

v. 177. FLAMMABAT) Probum verbum, *Flammare*: ut notavit etiam Barthius, ὄρχαυμι σπόλων, ad Claud. in 3. Conf. Honorii v. 51. supra lib. 1. *Ingenti flammantem nubila fulco.* lib. 4. v. 654. *Flammata pulchore juvenus.* lib. 8. v. 300. *Flammatus amore.* Sidon. Apollinar. lib. 8. epist. XI. *Nunc flammant Satira. C. Marius Victor lib. 2. v. 182. Insanas flammatur in iras.*

v. 183. ALIPEDEM) ἄλκυπέδων. Onomast. *Alipedes,* ἄλκυπέδες. infra v. 610. *alipedi curru.* lib. 6. v. 209. *Jactis hastam in alipedem.*

v. 183. JUGA EQUORUM) 1. equos. circuitio poetica. infra v. 215. *dona Bachi.* v. 350. *fluminis unda.* v. 411. *Oceani unda.* lib. 6. v. 442. *orbis Solis.* vide supra lib. 2. v. 352.

v. 194. PER GEMUS) Formula obtinendi per præpositionem. PER. Supra lib. 2. v. 424.

v. 198. TUMULO INANI) Solebant olim cenotaphia in mortuorum honorem erigi, ad quæ memoriâ eorum recolebant. Callimachus epig. 22. *νεκρὸν σάμα,* nominat; Virgilius 3. *Aeneid. tumulum inanem,* ut hic nos ter autor; Suetonius lib. 5. c. 1. *honorarium tumulum.* Meurs. ad Lycoph. p. 194. & seq.

v. 204. FECUNDI PROLES JOVIS) Turneb. lib. XI. c. 8.

v. 206. PALLADIAM RATEM) infra v. 294. pup-
pem, quam struximus ipsa v. 504. Ratem magna Miner-
va. v. 637. Extructa quod vexerit ipsa carina. lib. 8. v. 291.
Sequiturq; volantem Barbara Palladium puppem ratis.
valdè lib. 1. v. 457.

v. 209. PATER INACHUS) Magnos fluvios poeta
patres, velut aliorum parentes honorisq; causâ, voca-
re solent, ut quidam censent: Ego, ut Deos sic vocari
arbitror. Turneb. lib. XI. c. 8.

v. 211. PROTINUS IN PRORAM REDIT) Turne-
bus ibidem. Nautæ ad littus appulsam navim in pro-
ram convertebant, non solum ut ad reditum & aliam
navigationem parati essent, verùm etiam id sibi omi-
nantes. Virg. 6. Æneid. Obvertunt pelago proras.

v. 212. FLUMINIS OS) Theocrito *σους πόντος*. Supra
v. 179. ubi spumanti Phasis in aquor oxeruit. v. 184. Pri-
ma gravi ductor subit ostia pulsu. v. 440. Phasidis ostium
Colchi. lib. 8. v. 121. Fluminis ora summa petunt. V. N. 3.
Trist. 10. v. 28.

v. 215. CASUS QUI FIRMET IN OMNES) V. N. in
Dracont. Boch. ad Psalm 103,

v. 216. RAPTA CERES) Lib. 2. v. 69. — Cereris tàm
Munere fessas Restituunt vires, & parco corpora Bacho
Lib. 1. v. 578. Strata Ceres. V. N. ad Horatii Oden XVI
Epod. v. 43.

v. 218. DA) Dare, pro dicere, enumerare, narrare,
loqui: ut apud Græcos *δίδωμι*. Terent. prol. Eun-
Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dab-
Horat. Sat. 8. Da, si grave non est. Statius 7. Theb. v. 315.
Asopos genuisse datur. V. N. ad Eclogam 1. Virgilia, in-
fra v. 506. Qualemq; dabat te fama, videmus.

v. 218. NON HÆC ORA SATIS) Lib. 6. v. 36. Verden-
ega

ego nec numero memorem, nec nomine cunctos, Mille vel
ora movens. V.N. I. Trist. 4.

v.230. ARDENTI QUERCUM METALLO) Pellem
seu vellus arietis contactu Mercurii aureum factum
sustinuit quercus; ut videri possit, hanc arborem præ
ceteris huic dignitati fuisse delectam.

των ἢα ζεύσειον ἔθηκεν
Ἐρμείας κείως δὲ κρη εἰσὶν τῶν κεν ἴδοιαι
πικρατῆρον λασίσιον ἐπὶ δρυὸς ἀκρμόνσοσι.

i. hunc (arietem) aureum posuit Mercurius, pellem vero
usq; adhuc videbitis extensam densis super quercus ramis.
Id quod his verbis vertit, aut saltem imitatus est Vale-
rius. Carol. Paschal. lib 7. Coron. c. 13.

v. 343. AB AURÒ FULGOR) pro, fulgor auri. infra v.
359. ab hoste mina. vide Gifan. Ind. Lucret. p. 299.
Schöpp. lect. suspect. I. c. 17.

v. 246. TUTELA) infra v. 642. Est amor & rerum
cunctis tutela suarum. V.N. 2. Vrist. v. 233.

v. 247. OMNITUENS) πανεπόωντο Solem dicit.
Gifan. Ind. Lucret. p. 386. Homerus: ἠέλιος, ὃς πάντα
ἐφορεῖ. Turneb. lib XI. c. 8. Apulejus de mundo; Sol
quidem omnituens ortu suo diem pandit. Hesiodus Solem
Jovis oculum; & Pifides κωνὸν ὄμμα nominant. V.N.
2. Metam. v. 32. & 4. v. 226.

v. 250. SACKATA RUTILANT CUI VELLERA
QUERCUM) Supra v. 203. Dives ubi pelles nitet arbore
sacra. Et v. 230. ardenti quercum complexa metallo, lib. 8.
v. 114. Orni rutilam servabant brachia pellem.

v. 251. EXCUBIAS GRADIVE TENE) Vide Turneb.
lib. XI. c. 8. Lips. de Milit. Rom. lib. 5. c. 9.

v. 254. SPIRIS) Spire, anguium sunt volomina.
infra lib. 6. v. 396. Georg. v. 154. Squames in spiram tra-
ctū se colligit anguis. Claudian. in Rufin. præf. de Py-
thone:

*Qui spiris regeret montes, hauriret hiatu
Flumina.*

C. Mar. Victor lib. 2. v. 82.

— *Serpentis imago*

*Indice visa metu tacito se tramite ferre
Leniter ad molles spiris reptantibus herbas.*

Dicuntur & Orbes. Ovid. 3. Metam. v. 41.
*Ille volubilibus squamosos nexibus orbes
Torquet.*

Quod ita nox enodat, v. 77.

*Ipsè modo immensum Spiris facientibus orbem
Cingitur, interdum longâ trabe celsior adstat.*

Nominantur & Sinus Ciceroni 2. de Nat. Deor.

*Has inter velui rapido cum gurgite flumen
Torvum Draco serpit subter, supraq; revolvens
Sese, conficiensq; sinus è corpore flexos.*

Item Nodi & plicæ. Seneca Medea v. 689. *Insuper la-*
quei. Prudent. 1. in Symmach. præf. v. 24. *Tortus* Virg.
5. Æneid. v. 276. *Anfractus*, noster autor lib. 7. v. 522.
Et circumductus & spiras, nominat lib. 7. v. 168.

v. 260. TERRITAT ANTE MONENS SEMPER
DEUS) Virg. ecloga 1.

v. 263. VOLUTANS) Lib. 7. v. 91. *Quos vestra volutant
jussa dolos.* Et v. 196. *Sensus varios super hospite volvens.*
Virg. 6. Æneid. v. 185. *Atq; has ipse suo tristi cum corde
volutat.*

v. 264. ÆGRO CORDE) Supra v. 131. *agro corde silens.*

v. 264. NEC VULGI CURA TYRANNO) Vide
Schonborn. 2. Polit. c. 37. Fr. Patrit. de regno lib. 2. tit. 1.
Heider. c. 7. Polit. p. 1073. Arist. 5. Ethic. 10. *Tyrann-*
us suam utilitatem spectat, Rex subditorum.

v. 267. SEQUITUR DUCE TURBA REFERTO)
Maserius: *Facile est, turbam in tyrannum ferociter insur-*
gere, si offeratur, cujus auspicio res geri queat. Sic, duci-
bis Hermodio & Aristogone, Hippix dominatio cru-
enta

gentia contusa est. Idem de Trasibulo legitur & Bruto, qui ausum insigne auspiciati, triginta tyrannorum nimiam impotentiam superbiamq; intolerandam fregerunt. vide Heider. polit. c.6. p.963.

v.268. FURENS IRĀ) Ennius iram dixit *initium insanie*: auctore Tallio 4. Tusc. Sic Menander: *πικρὸς μετὰ πόνους, ὀπίστεος ἀγχιζόμενος*. Et Apollodorus: *ἡ δὲ ἰσχυρὰ ἔνδον ἢ νανία*. Adi Senecam 1. de irā c.1. Aristot. 4. Eth.c.XI.

v.287. MANET ÆGIDA SUDOR) Statius 3. Theb. v.210. *Quantus equis, quantumq; viris in pulvere crasso Sudor!* vide Horat. 1. Carm. 15.

v.199. SYMPLEGADOS) Lib.4. v.220. *Ponto voliter Symplegas inani.* vide supra lib. 1. v. 3. Ammian. Marcell. lib. 22. *Quibus controversa extranea sunt Symplegades, gemini scopuli in vertices undiq; porrecti disruptos, adfreti prisca seculis obviam sibi cum horrendo fragore collisis molibus ferri, cedentesq; retrorsus acri assultu ad ea reverti, qua pulsarant. Per has saxorum abhiscentium concursantiumq; crebritates, si etiam ales intervolasset, nulla celeritate pinnarum eripi poterat, quin interiret oppressa. Hi scopuli, cum eos Argo, prima omnium navis, Colchos ad direptionem aurei properans velleris, praterisset innoxia, immobiles turbine circumfractō sterere concorporati, ut eos aliquando fuisse diremptos nulli nunc conspicuum credant, nisi super hoc congruerent omnes præcorum tarminum cantus.*

v.301. RERUM SUMMA) I. statu: quemadmodum Reipub. *summa*, idem est, quod ejusdem status & live firmamentum. De quâ Cujac. 12. observ. c.32. Brisson. 2. De Formulis p.167. Zinzerling, promulsi. Crit. c. 48. *Summa civisq; rei* illud dicitur, quod est extremum & maximum in eâ: quò scilicet omnia redeunt, & in quod omnia colliguntur. Confer Rittershus. ad lib. 10. Plinii epist. 2. p.44.

v.301. UN DANTEM CURIS) Supra lib. 1. v. 539. Index Dracontii in *Udans.* lib. 2. v. 196. *Vndantem turbine pinum.* lib. 6. v. 618. *Vndantem cornibus Herum.*

v.304. JUPPITER) Oriunda celo tempestas, exinde velut oppugnat terras. Et Jovem exinde vibrare easdem dicunt poetæ: imò Jovis proprium putabatur officium, pluere, cedere imbres, aërem movere. Barth. lib. 1. c. 19. & lib. 56. c. 5. vide supra lib. 1. v. 697. lib. 2. v. 22. lib. 3. v. 130. & 577. lib. 5. v. 163. lib. 7. v. 566. lib. 6. v. 169.

v.306. HORRIFERAMVE NIVEM) *νεφέδες, αἰτὴ φέροντι παρ' αἰθρῶν ἐν νεφέων κρυσεῖν ὑπὸ χειμάτων ὄρη.* Coint. Smyrn. lib. 1. v. 71.

v.307. OSTIA BELLII) ut, *belli porta*, apud Virgilium 7. *Æneid.* v. 607. & 621. & v. 622. *belli portes.*

v.318. LUX SPARGIT MARE) Supra v. 247. de Sole: *Tua nunc terris tua lumina toto spargo mari.* lib. 6. v. 27. *Aureus effulsit campis rubor.* Supra lib. 3. v. 256.

v.321. VERÒ) Posteriores corripuit: ut & Statius 2. *Theb.* v. 187. ——— *Nos verò volentes Expositiq; animis.* Prudentius hym. in Vincent. v. 353.

At verò postquam lectulè

Martyr quietem contigit.

Ita & in *Serò* ultima corripitur apud Statium 2. *Theb.* v. 389 & lib. 10. v. 272. vide Poet. Giffen. lib. 1. c. 5. p. 101.

v.324. STET PROCUL, ET REBUS) *Ἠέθοδ. αἰεὶ δὲ σὺ πρὸ ἀζαθῆν κερκηνδρον ἀνδρα κομίζεις.* Et Homerus *Odyss.* v. 347. *αἰδώς δ' ἔκ ἀζαθῆν κερκηνδρῶν ἀνδρῶν παρ' εἰνυ.* vide prov. *Pudor & metus.*

v.326. SORTE PETIT) Supra lib. 2. v. 250.

v.327. INDE VIAM CORRIPIUNT) lib. 3. v. 500. *Corripere prima vias.* Virg. 1. *Æn.* v. 422. *Corripuere viam interea, quâ semita monstrat.*

v.328. HORRENDAS LUSTRANTIA FLUMINA NOCTES) E lecto surgentibus, purificatione opus.

Ipsa

Ipsa enim nox polluere credebatur, ut notat Servius. Inprimis, qui somniaffent, lavandos se putabant.
Aristoph. in Ranis :

ἀλλ' ἄ μοι ἀμφίπολοι λύχρον ἀψάτε.
κάλπισί τ' ἐν ποταμῶν δόξουσι ἄροσι,
ῥέριστε δ' ὕδαρ,
ὡς ἂν θεῶν ὄνειρον ὄπτα κλύσω.

Perfius Sat. 2. v. 16. *Et noctem flumine purga. Ubi Casaubonus. Cæl. Rhodig. lib. 27. c. 16. Tiraq. de nobilit. c. 31. n. 588. Amicus noster VVolfg. Seber. in Notis ad Pollucem p. 135. & 150. Boch. ad Psalm. 25.*

v. 333. SOPORATOS ARTUS) Glos. *Soporatus, κακώ-
μεινέω.* Supra v. 237. *soporato loco.* Juvenens: *Iamq; soporata torpebant omnia nocte.* Guntherus lib. 6. v. 399. *soporatas iras dixit.* vide lib. 2. v. 295.

v. 334. STET PROCU ET REBUS PUDOR ABSIT IN ARCTIS) *Adi iterum Magiram solertissimum Philologum in polymn. tit. Paupertas. n. 28. & tit. Pudor. n. 10.*

v. 340. SPARGERE CÆDE MANUS) *Virg. 4. Æn. v. 664. Ense q; cruore, Spumantem sparsasq; manus.* Infra lib. 6. v. 193.

v. 343. FLOREM PER VERNI QUALIS JUGA DUXIT) *Confer Claudianum lib. 2. de raptu v. 36. seqq.*

v. 346. ALTIOR) *Claudian. ibid. lib. 1. v. 126. — Sed cunctis altior exstat Matribus, & numeri damnum Proserpina pensat.* Vide Statium i. Achill. v. 293. & lib. 2. v. 149. & infra lib. 8. v. 227. Tiraq. connub. 2. n. 74.

v. 356. VIRGINEI PUDORIS) *Virginum peculiaris propè pudor est: sicut apud Lucianum, in deorum judicio, testis est Jupiter, dicens palladi; proprium esse virginibus erubescere. Ideoq; Cicero pro Quintio, Apulejus lib. 1. Metam. & Hieron. ad Eustoch. Verecundia virginalè vocant. Nec dissimiliter Propertius: Virgineus teneras*

stac

stat pudor ante genas. Statius 12. Theb. v. 205. *Olim hic virginiei custos monitorq; pudoris.* Ad Tiracq. connub. 9. p. 180. & 181.

v. 356. GRANDÆVA) Supra lib. 1. v. 301. *Grandæva Furorum pœna parens.* vide lib. 2. v. 653. Seneca Agam. v. 3. 9. *Tibi grandævi lassiq; senes Compote votò reddunt grates.* Et Octavia v. 13.

————— *Ultimam ante manu
Grandæva sua mea rupisset
Stamina Clotho.*

v. 361. JAM VIRTAS FRONDEMQ;) Schol. Juvenal. ad Sat. 4.

v. 368. NON SECUS AUTUMNO QUAM CUM MAGIS) infra lib. 6. v. 697.

v. 368. ASPERAT IGNES SIRIUS) Manil. lib. 5. *Exoriturq; Canis, latratq; Canicula flammans,
Et rabit igne suo, geminatq; incendia Solis,
Quo sub dente facem terris, radiosq; movente
Dimicat in cineres orbis fatumq; supremum
Sortitur, languetq; suis Neptunus in undis,
Et viridis memori sanguis decedit & herbis.*

Horat. 3. carm. 29. *Iam Procyon furit.* De Sirio Scholiastes Apollonii ad lib. 2. p. 185. a.

v. 370. HEBET) I. obtufioris est luminis atq; debili-
rioris, ἀμβλύνουσα, ἀμειψύρα. Lucan. lib. 2. v. 722. *Et
jam Plejus hebet.* lib. 7. v. 156. *Quando ardor hebet.* Sta-
tius 1. Theb. v. 462. — *Si non effatus oborto sanguis he-
bet luctu.* lib. XL v. 387. *hebet ira.*

v. 370. ARCAS) Actophylax. Hygin. lib. 2. Astron. p. 59. b.

v. 371. GLISCERE) I. ardere; : aliàs est crescere. Lib. 3. v. 631. *Vana gliscunt præcordia lingua.* lib. 2. v. 278. *Et flatu non inscia gliscit anhelò.* ibi V. N.

v. 373. PAVOR ORE SILENTIEM EXANIMET) Su-
bitò timore incidante conticere aliquem, non infre-
quens

quens. Barth. lib. 25. c. 2. Virgil. 3. Aeneid. v.
47. *Tum verò ancipiti mentem formidine pressus*
Obstupui, steteruntq; coma, & vox faucibus haesit.

v. 383. FELIX PROLE PARENS) Musæus Erotop-
regnio v. 138.

ἄλβις, ἣς σ' ἐφύλασσε καὶ ἄλβις, ἣ τίκε, μήτηρ
μαστῆρ, ἣ σ' ἐλόχασσε, μακαρτέτη.

v. 392. VIRGINEO CUNCTATA METU) Musæus
ibidem v. 160.

παρθενική δ' ἀφροσύνη ἐπὶ χθονὶ πῆξεν ὀπωπῆν
αἰδοῖ ἐδυστήρωσιν ὑποκλέπτουσα παρεῖν.

v. 404. HUC SE FERET) V. N. ad Horatii Oden
XVI. Epod. v. 21.

v. 417. CUNABULA GENTIS) Virg. 3. Aen. v. 105.
Mons Idaei ubi, & gentes cunabula nostra. pro exordio
generis. Apulejus lib. 2. *prima incunabula urbis condi-
ta, dixit prima auspicia & primordia.* Vide prov.
Primum cunabulum.

v. 423. PINGUEMQUE SINE IMBRIBUS AMNEM)
1. Nilum. lib 7. v. 606. *Ac pinguis Nilifertilis arva fecerit.*
vide P. Fubrum 3. Semest. c. 15. V. Vendelin. de Admi-
randis Nili c. 22. Gevart. ad Statium 1. Silv. carm. 6 c.
46. Barth. lib. XI. c. 24.

v. 424. SARMATICIS BRACIS) V. N. 3. Trist. 30. lib.
6 v. 227 *πίδοις, iuvant subremine braca.*

v. 427. VIRGINEO TURBATA METU) Supra v. 392.
Virgineo cunctata metu.

v. 429. FLEBANT POPULEE) Ovid. 2. Metam. v.
325. Hygin. fab. 154. V. N. 1. pont. 2. v. 33.

v. 431. PYROBONTA) Gyrard. hist. deor. Syntag. 7. p.
242. *Pyrois, equus solaris, inflectitur, ut Simois. καὶ ἔ
πυρός, ab igne.*

v. 442. CIRCUMFLUA) V. N. ad Horatii Oden
XVI. Epod.

v. 445. PALLAM ET GEMMIFERÆ DONUM CO-
RONÆ)

ΚΟΝΑ) V.N. in Ibin v.605. Plin.lib.2. c.109. Paschala
2. Coron.c.10. infra lib.8. v.18. Senec. Medea v.570.

v.448. DEQUESTA) *De, ἀνξηπιδος*. Statius 1. Theb.
v.404. — *Similescq; Notos dequestus Et imbres*. Et lib.
XI.v.627. *Talia dequestus*. vide Drefemium ad Joseph:
Isan.lib.1. v.281.

v.452. IGNIPOTENS) *πυροθενής*, Onomast. Glos.
πυροθυράτης. Epitheton Vulcani etiam apud Virgili-
um, sicut apud Nonnum *πυροφόρος*, *πυρίπιος*.
Lib.2. v.80.

v.453. ALIGERIS SECET ANQUIBUS AURAS)
Supra lib.1. v.224. Ovid.7. Metam. v.397. *Hinc Titia-
niacis ablata Draconibus inirat Palladias arces*, &c. Eū
3. Trist. 8.

v.466. SIDERIS ORAFERENS) Comparationes
à sideribus familiares sunt poetis. Apollon.lib.1.v.239.
οἱ δὲ φαινοί, ἀστέρες ὡς νεφείας, μετέπειποι. Et v. 774.
βῆ δ' Ἰδραυ ὡπὶ ἄστρα φαεινὰ ἀστρίστο. Et lib.2. v. 40.
—— *ὁ δ' ἔρανια ἀπὸ λαυτοῦ Ἀστρα Τυδαεϊδῆς, ἔρα
κἀλλισαῖ ἔασιν ἔσπερην Διὸς ἔκτα φαεινοῦντος ἀμαρτυροῦ.*
Τοῖσ' ἐν δίδε ὄνδς. Nonnus lib. 4. de Cadmo v. 138.
ἰφάινετο φασφόρος ἀστῆρ. Infra lib.8.v.26. *Siderea clarus
procul ora juvenis*. V. N. ad Musaeum v.22. & confer
Barchium, Musarum *μαρμαρυγὴν χειρῶσιν*, ad Clau-
dian. in Nupt. Honor. p.18. supra lib.4. v.190.

v.477. NAMQ; IDEM CRETHEUS) Crethei nepos,
Jason Schol. Apollonii lib.1. p.121. b. *Αἰόλας ἔδλητο
Κρητῆος καὶ Ἀθάνας, Κρητῆος δὲ Αἰών*. Meurs. ad Ly-
coph. p.277. Lib.8. v.112 Jason vocatur *Crethei*
proles.

v.490. AURATÆ PECUDIS EXSUVIAS) Pindar.
Pyth.4. *πῆγχευσον νῆκτο*, & *δέρμα βαθύμαλλον κελύνο-
εατ*, & *κῶως ἀγλάει χεῦσει ἠσπῆνα*: Oppianus *χεῦσον
ἄεθλον*: Apollonius *χεῦσειον κῶως*, & *χεῦσειον δερ*:
Euph. *pellēm inauratam arietis*. [Rittershus. ad Op-
pian.76

piam. p. 86.] Manilius *auratum vellus*: Catullus *auratum pellem*: Propert. *auream lanam*: Ovid. *Phryxæa vellera*: Columbanus *auream pellem*. Locum proverbio dedit apud Græcos *κελός χρυσόμαλλον*, Latinos *Ovis aurea*, quæ Euphorbo *pecus aurea*, de signis celestibus. Goldast. ad Columban. p. 89. Supra v. 203. *dives pelles*. v. 553. *aurea terga*. v. 628. *vellera sacra*. v. 631. *Phryxæum metallum*. Lib. 6. v. 11. & 593. *vellera Phryxi*. v. 19. *exuvias pecudis sacra*. lib. 7. v. 30. *aurea pelles*, *aspera villis*. v. 54. *Æolia pecudis aurum*, lib. 8. v. 42. *aurea terga*. v. 114. *rutilans pellem*. v. 119. *Phryxæa monumenta fuga*. v. 122. *Villus comantem sideris pellem*. v. 258. *velleris aurum*. v. 267. *Phryxæa vellera*. Vide & supra lib. 1. v. 56.

v. 512. TÆNAREI DESANGUINE AHENI) Plin. lib. 9. c. 39. Supra lib. 2. v. 342.

v. 518. HÆRENIS) V. N. ad Hilarii Genesiu v. 156. Barth. ad Claud. in 3. Honor. conf. v. 83.

v. 520. FURIIS IGNE SCIT) Lib. 6. v. 1. *Furiis ardens Gradivus*. Et v. 293. *Furiis ardens quatit arma paternis*. Statius 3. Theb. v. 79. — Et *tristes ignescunt sanguine vulvis*. Virg. 9. Æneid. v. 66. *Ignescunt ira, & durius do-*
lor ossibus ardet. vide supra lib. 2. v. 184.

v. 526. NUNC QUAS AT CAPUT) *Caput movete vel quassare*, derisionis vel subfannationis gestus, in sacris admodum est frequens. vide Boet. ad Psalm. 21.

v. 527. QUOD VELLERA POSCAT AB ANGUË) Hoc dicit tanquam ἐν π τῶν ἀδωμάτων, ut loquitur Aristot. 1. de cælo c. 5.

v. 536. SCEPTRI SIC OMNIBUS UNA CUPIDO) Rectè Gaguinus lib. 1. hist. Franc. *Nihil apud dominandi cupidos probitatis ac fidei est. Libidine enim habendi reges feruntur, nec amicis nec geri indulgent suo*. Hinc illi apud Ovidium 5. Metam. v. 298. *Non nos odiis regniq; cupido compulsi ad bellum*. Statius 1. Theb. v. 127.

————— *Inde regendi*

*Savus amor, ruptaq; vices, jurisq; secundi
Ambitus impatiens, & summo dulcius unum
Stare loco, sociusq; comes discordia regnis.*

Confer Camerar. medit. hist. cent. 1. c. 88. & 92. Reusf. VI D
claf. 1. symb. 26. Arnif. 2. polit. c. 2. sect. 2. n. 12.

v. 540. NAMQ; VIRUM TRAHIT IPSE CHALYBS
Ex Odyf. π ἄνθρωπος ὃ ἐφέλκεται ἀνδρα σίδηρο. Gulielm
Cant. novar. lect. 3. c. 28. Claud 2. in Rufin. v. 233.

————— *Ultrixq; manus mucrone furenti
Ducitur; & siccum gladium vagina recusat.*

v. 550. CREBRIOR INCUSSIT MENTEM PAVOR
Præclare enim Pindarus, ut omnia, hoc quoq; , Nem
6. τὸ πᾶρ ποδὶ ναὸς ἐλιοσάμμοι οἰεὶ κυμάτων, λέγεται πᾶρ
μάλινα δονεῖν θυμὸν.

v. 558. RIPHÆA) infra v. 601. lib. 6. v. 33. & 119
Jorandes de rebus Geticis. c. 5.

v. 563. INCITA CRISTAS AURA QUATIT) *Crista*
sunt horridæ setæ equinæ, vel etiam avium, in galeæ
apice adsurgentes, ad torrendos hostes. vide Palchal
10. Coron. c. 13. & 16. infra lib. 7. v. 466. Nunc age, &
has cristas galeamq; resume. Et v. 615. At verò ut summ
jam rura recedere cristis vidit, & infesta vibrantes cassid
terras. infra lib. 6 v. 379. Prudent Psychom. v. 117: *Hir*
suo quatiens galeato in vertice cristas.

v. 566. QUALIBUS ADSURGENS NOX AURÆ
CINGITUR ASTRIS) Tibull. 2, 1.

— *Iam nox jungit equos, currumq; sequuntur
Matris lascivò sidera fulva charo.*

Confer C. Mar. victorem lib 1. v. 98.

v. 566. NOX AUREA) supra v. 369. Savò cum nox ac
cenditur auro.

v. 566. CINGITUR ASTRIS) Statius : — *Vaga*
cingitur astris Luna. Hinc infra v. 690. *sideream noctem*
dicit, Seneca Octavia v. 380. *Orbemq; Phæbos, astra quæ*
cingunt vaga.

v. 171. MAGNÒ CRATERE LACESSIT) Scythæ enim sunt vinolenti & ebriosi. Unde occasione dedere proverbio: Ἐπισκυθίζων, episcythizaro, & σκυθίζῶντες, Scythicè bibere. Aelian. lib. 2. & 3. Heider, in Philof. Morali parte 2. p. 539.

v. 593. VIDE) Corripitur E contra canones legis Pedæ, quod in Imperativis secundæ conjugationis produci solet. Horatius:

Vade, vale, cave ne ritibus mandataq; frangas.

Marcialis lib. 3. epig. 4:

Si quando venies, dicet responde, poëta. Idem:

Lector salve: taces, dissimulasq; Vale. Perfius:

Aurículas vide sis, ne majorum tibi forte.

Prudent. peristeph. 2. v. 60. Exterque, si potes, fidem.

Barth. ad Gratii Cyneget. v. 461. & lib. 21. Adversic 20.

& lib. 22. c. 24. Poëtica Giffen. lib. 1. c. 5. p. 98. & lib. 2.

c. 1. p. 177.

v. 596. DICTIS IMMÖDICUM) ἀμετροσση. Homer.

Iliad. 6. 6. 212. Polluci ἀπειρωτολόγη, ἀδόλεχ, ἀθρο-
γλωσσος, ἔπαυσος γλώττια, ἀερμύπτος. lib. 6. c. 26.

v. 596. LINGUÆ; GRAVEM) κακήραρον κτλ φιλολοφ-

999. Pollux lib. 5. c. 21.

v. 598. MAGNA DICTA) Lib. 7. v. 556. Tum maxima

quisq; Dicta dedit. h. e. gloriosa. Aliàs magnum di-

tere est μεγαλορήμονειν, Obadiæ 3, 11. Ezech. 35, 13.

Psal. 35, 26. Psal. 38, 17. & 55, 13. Judith. 6, 12. vel 19.

μεγαλορήμων γλώσσα. Psal. 12, 4. magna loquens. 3. Mac.

cab. 6, 3. μεγαλορήμοσύνη, 1. Sam. 2, 3. magniloquentia.

Seneca Troade v. 574. magna verba dixit; alta verba

Ovid. Epist. Phædræ v. 152. magniloquos flatûs, Stadius

3. Theb. 192. sicut ἀνδρωπὸς πνδματιφόρος, vir vento-

sus, Sophoniæ 3, 4. Oseez 9, 7. vide proverb. Ignem spi-

rare. Theocrit. idyll. 10. v. 20. μηδὲν μέγα μούδι. So-

phocles Ajace: ἔπ' ἔξερν μέγα. Et elegantissima

sententiâ idem in Antigone: μέγας λόγος μέγας

πληγὰς τῶν ὑπερέων ἀποπίοντες γῆρα τὸ φρενὴν ἰδίῳ
 ξασ. Euripides in Phœnissis μεγαλοφρονῶν ὑπερέων
 nominat, quæ Nemefin habet pedissequam. V. N. ad
 Hilarii Genesin v.6, Barth, lib.10. c.2. & lib.23. c.9. &
 lib.34. c.10.

v.599. DICTA VOLANT) Virg. XI. Æn. v. 381. Sed
 non replenda est curia verbis, quæ tibi magna volant
 Horat. lib. I. ep. 18. Et semel emissum volat irrevocabile
 verbum. Apulejus apolog. Si verba ita, ut poeta ajunt
 pinnis apta vulgò volarent. Et in Floridis: Verbaq; quæ
 volantia poeta appellant, ea verba, detractis pinnis, intri-
 murum candentium dentium premere. Plutarch. de
 garrul. ἐπεὶ πεπεσόντα αἰτ' ἀπὸ τῆν ὀφθαλμῶν
 χειρῶν ἀφένθε ῥαδιὸν ἐστὶ ἀδύς κατὰ χεῖρ, ἐπεὶ λόγῳ ἐν σώματι
 τῷ ἀσπίδων κροτῆσασιν καὶ συλλαβῆν διωρατόν. Juliani
 epist. ad Eugenium: πάντως περὶ ὀφθαλμῶν ἰούτος (λα-
 γος) ἐκ ἀλλῆς ἔχεται, ἢ τέτα, πεπεσόντας ὀφθαλμοὺς, δι-
 δώσασιν πάντας τοὺς φοιτῶν, ἄσπίδ' εἰ ταχὺτατοι τῶν ὀφθαλμῶν
 ἢ ἂν ἐθελῶσιν, ἀπὸ τῶν.

v.605. PRIUS HUMENTEM LUX SOLVERIT UM-
 BRAM) Statius 2. Achill. v.287.

Exiit implicitum tenebris humentibus orbem
 Oceano prolata dies.

C. Mar. Victor epist. ad Salmon. v.50. Antè diem tene-
 bris nox humida condet.

v.605 UMBRAM) Umbra poetis pro nocte
 VVouyer. de umbra c.4. supra v.94. Atram nox pro-
 ripus abstulit umbram. Lib. I. v.283. Septem Aurora via-
 toidemq; peregerat umbras Luna polo. Lib.3. v.1. Tert-
 jam gelidas Tithonia solverat umbras. lib. 7. v.537. Sed
 sub extremis in mania retulit umbris. supra lib.5. v.94.

v.607. SAXIFERÆ SURGAT QUIBUS IMBRE
 HABENÆ) Funditores videtur dicere, de quibus Lu-
 psius de Milit. Rom. σφενδονίσται, vel λοφοβόλοι. vid
 Martin. in Lex. Philolog. in Fundibulum, Galterus lib.2
 Alexand. c. XI.

Alexand. v. 134. *Plurimus hoc agmen centenis millibus
ambit. Funditor & levibus funda jaculator habenis.*

v. 607. IMBER) Ita lib. 6. v. 684. — *Cumq; omnis
in unum Imber it, toties saxis pulsatur & haktis.* Virgil.
12. Æn. v. 284. *Ac ferreus ingruit imber.* Prudent. Peri-
steph. 3. v. 371. *Stephanus per imbrem saxum Cælos aper-
tos intuens.* Et Diptycho v. 173. *Primus imit Stephanus
mercedem sanguinis, imbre Afflictus lapidum.* Infra lib.
6. v. 186. & lib. 4. v. 262.

v. 610. ALIPEDI) pro, alipedæ. Scalig. ad Manil.
p. 508. Glos. τὰχὺς αἶψος, alipes. lib. 6. v. 207. *Haslam peditis
in adversum subito jacit alipedemq;.*

v. 611. TURMIS) Scalig. Turma τῆρα, rotunditas,
ut cohors; quia villatica cohortes rotunda. Germ. d.
rotte, turma, à rotâ; quia globos hominum. In Glos.
Philox. est turma λόχος, Ἀξόδομος; quod turma sit à
δομῆ; quia equitatus cursa est aptior, peditibus.
Germ. est geschwade Neuter. Schwade est striga; idem
quod Gall. Suite, comitatus, continuata series rerum
se sequentium. Martin. Lex. infra lib. 6. v. 87. 120.
133. 195. 721.

v. 613. NUBEM) Vide supra lib. 8. v. 396. & lib. 6.
v. 88.

v. 616. BELLIGEROS LABORES) πολέμου ἔργα
ἔργα. Homer. Batrachom. supra v. 575. *Terraq; marisq;
labores.*

620. AMBITUNQ; SENEM) *Ambitus*, participium;
secundam syllabam producit. Poet. Giffen. lib. 1. c. 3. p.
37. Barth. lib. 3. c. 18. Ovid. 1. Metam. v. 37. *Jussit &
ambita circumdare litora terra.* Claudian. in Rufin. I.
v. 180. — *Et ambitos à principe vendit honores.* Ca-
pella lib. 3. *Multipluci ambitum redimitur lumine fertur.*
Sed nomen verbale, *Ambitus*, penultimam corrigit.
verbi quantitatem retinens. Poet. Giffen. ibid. Barth.
lib. 5. c. XI.

v. 621. STELLANTIA TECTA) pro cœlò, stellis p̄-
 c̄to & ornatò. Virg. 7. Æn. v. 210. *stellantis regia cœli.*
 Lucret. lib. 4. *Cœlo stellante, sidera respondent in aqua*
radiantia mundi, Onomast. Stello, ἀστέρων. Glos. ἀστέρων,
stellatus. vide Ind. Dracontii. Supra lib. 2. v. 499.
Cujus stellantia glauca lumina nube tremunt.

622. QUESTU ACERBÒ) Supra v. 595. *Dilatis acerbis*
immodicum.

v. 634. TANTÆ) pro, tot. lib. 3. v. 260. *Heu socii*
quantis complerunt littora monstris! vide supra lib. 2. v.
 563. *Salvianus lib. 4. Ut, canum vel suum more, tantas*
putet conjuges suas esse, quantas potnerit libidini subjugare.
Ibid. pœnè circa finem: Et necesse erit, ut sit pro tantis
reus, quanto secum traxerit in reatum.

v. 634. COEUNT IN PRÆLIA) Virg. 7. Æn. v. 582.
Undiq; collecti coeunt Martemq; fatigant. infra lib. 6. v. 9.
Turbati coiere duces. v. 232. Sarmatica coiere manus.

v. 642. EST AMOR ET RERUM CUNCTIS TUTE-
 LA SUARUM) Petronius: *Videmus, suam cuiq; rem esse*
carissimam.

v. 645. VIRGINEAS CECROPIS ARCES) Turneb.
 lib. 12. c. 7.

v. 685. HEU MAGNIS QUANTUM LICET FATIS)
 Supra v. 675. *Habent quoniam sua fata furores.*

v. 689. INSTAURANT MENSAS) Æneid. 7. v. 146.
Certatim instaurant epulas. lib. 8. v. 283. Instaurant
epulas.

v. 691. TUNE ADSVETUS AD EST) De adhibendâ
 in conviviis Musica vide clariss. Zehnerum, Similitud.
 Biblic. c. 98. Adde Bochium ad Psalm 32. Heider.

Polit. c. 1. p. 151. &
 seqq.